

Johannes Siggonis, a priest from the diocese of Strängnäs, once offered the layman Anders Jonsson¹³⁸ some money to work as his servant for a certain period of time. Before this period had ended, Anders married a maiden servant of Johannes's and left the house with her, leaving some possessions behind. When Anders demanded these possessions, Johannes refused to hand them over until Anders had served the agreed period of time. Anders then went to tell his brother about this and was given a crossbow and arrows. For about three weeks Anders and his brother-in-law made plans to kill Johannes, and finally, armed with the crossbow and arrows, they approached Johannes in his house. In the altercation that followed, it was decided that Johannes should hand over the possessions on condition that Anders fulfilled his time of service. One day Johannes and Anders both were at the same party in the town where Anders's family lived. On his way home from there, Johannes feared that Anders, who was following him, would attack. Johannes called for Anders, suggesting that they should walk home together in peace. Anders approached Johannes and hugged him, pretending he was drunk and not able to walk any further. Johannes did not want anything to do with the drunk Anders, but asked him to go back to the town and to his parents. Anders stepped back and yelled: "Damn it! When will I get my clothes back?" Johannes answered that he would bring them to him the next morning, but Anders cursed and said that he wanted the clothes back at once, or else Johannes's blood would spill. Then he drew his crossbow and aimed at Johannes. When Johannes, wishing to stop Anders, came closer, he was hit in the head with the crossbow and fell injured to the ground. Fearing for his life, Johannes got up and in self-defence hit Anders on the chest with a small knife, injuring him so badly that he died a few days later. The regent Petrus, bishop of Tarazona, commissions the diocesan bishop to declare Johannes innocent of homicide and not irregular or disqualified, on condition that the facts above are true.

24:169v Iohannes Sigonis presbyter Stregnensis diocesis *exponit*, quod, cum ipse olim quendam Andream Ianson laicum prefate diocesis in familiarem ad ei serviendum pro certo temporis spatio mediante quadam pecuniarum quantitate, quam ipse exponens propterea sibi dare tenebatur, conduxisset, ac [ac] postmodum dictus Andreas tempore serviendi predicto 5 nondum effluxo matrimonium cum quadam iuvene muliere eidem exponenti tunc serviente per verba de presenti contraxisset ipsumque matrimonium publice in facie ecclesie celebratum et nuptie facte fuissent, idem Andreas relictis per eum in domo predicti exponentis nonnullis [exponentis] tam ad eum quam mulierem prefatam spectantibus 10 a domo et servitio eiusdem exponentis recessit. Cumque post-

234 Narnie xv Kalendas Septembris in marg. sin. fol. 170r; Stregnensis diocesis in marg. dext. fol. 170r. | 234,1 Sigonis] i. e. Siggonis | 2 Ianson post corr., verisim. pro Ionson vel fort. Hanson | 7 serviente] servienti cod.

138. Or "Hansson"; cf. app. crit. ("Jansson" would be unlikely at this time.)

modum dictus exponens vestimenta huiusmodi Andree predicto sibi dare postulanti, donec ipse Andreas tempus serviendi predictum complevisset, et minime alias animo et intentione illa retinendi restituere
15 denegasset, Andreas prefatus id egre ferens quendam laicum eius fratrem carnalem adivit eique predicta narravit. Ipse Andreas armatus quibusdam balista et sagittis, quas tunc a dicto laico eius fratre carnali mutuo receperat, et quidam alius laicus frater carnalis dicte mulieris in mortem dicti exponentis propterea machinantes viginti dierum spatio
20 vel circa domum exponentis prefati petiverunt; et tandem ipsi Andreas et frater mulieris balista et sagittis predictis fulciti exponentem predictum in dicta domo existentem adiverunt. Qui quidem exponens post nonnullas altercationes inter eum et Andream ac fratrem mulieris predictos hincinde habitas eidem Andree et fratri mulieris – adiectis
25 tamen conditione et pacto, quod dictus Andreas tempus serviendi predictum compleret – vestimenta ad dictam mulierem <spectantia> restituit, prout etiam postea dictus Andreas, ut tempus serviendi predictum, prout creditur, perficeret, domum prefati exponentis rediit. Preterea vero quadam alia die dictus exponens de quadam villa, in qua
30 tunc ipse et ipse Andreas eius familiaris predictus, quem secum duxerat, in quodam convivio, in quo ipse exponens invitatus fuerat, simul cenam fecerant, domum propriam rediens et in quibusdam pratis, in quibus via satis stricta erat, tunc existens ac timens a dicto Andrea, qui eum balistam et sagittas predictas ferens a longe sequebatur, forsitan
35 interfici posse eundem Andream, <ut> ad se veniret et ambo simul cum bona pace recederent, vocavit. Qui eundem exponentem super humeros ambabus manibus fingens se ebrium esse ac alias amplius ambulare non posse amplexus existit. Quem dictus exponens, quoniam, prout asserebat, ebrius erat, secum habere nolens ambabus manibus a se
40 repulit rogavitque eundem, ut ipsum amplius non sequeretur sed in dictam villam cum parentibus suis retrocederet. Que audiens idem Andreas se ab / exponente predicto tribus passibus vel circa semovit necnon iuravit et maledixit in hec verba vel saltem eundem effectum importantia videlicet “In mala hora! Quando habebō mea vestimenta?”
45 Cui dictus exponens tunc respondit, quod ad eum in crastinum veniret et assumptis secum aliquibus probis viris ei vestimenta predicta restitueret. Qua responsione sic facta idem Andreas sic iuravit per quinque plagas Domini nostri Iesu Christi: rehaberet vestimenta huiusmodi aut eius proprium sanguinem effunderet. Protunc illico
50 balistam predictam et unam ex sagittis prefatis, ut in eundem exponentem miteret, tendere cepit. Cumque idem exponens id percepisset et,

170r

234,14 minime *scripsi*, animo (*ut vid.*) *cod.* | 20 petiverunt] *scripsi*, posuerunt *cod.*; *vel fort.* <ad> domum ... <se> posuerunt *vel sim. scribendum.* | 23 fratrem] familiarem *cod.* (*ut vid.*) | 28 perficeret] *fort. ex proficeret corr. cod.* | 29 exponens] *expones cod.* | 36 Qui eundem] *scripsi*, eumque *cod.* | 46 assumptis] *assuptis cod.* | 49 effunderet] *effuderet cod.* | Protunc] *prout cod.* | 51 miteret] *i. e. mitteret*

ne id faceret, prohibere cupiens dictum Andream aliquantulum ap-
 propinquasset, idem Andreas eundem exponentem adeo cum cornibus
 dicte baliste in capite percussit et eum genuflexum in terram prostravit
 et vulneravit. Quod sentiens ipse exponens et videns dictum Andream 55
 ipsum iterata vice percuttere conantem, prout tunc magis percussit et
 vulneravit, ac, ut eum percutteret, dictam balistam levantem timensque
 ab eo interfici sic prostratus de terra surrexit et surgendo ac vim vi
 repellendo et se deffendendo quendam parvum cutellum, quem secum
 ad scindendum panem portabat, evaginavit eundemque Andream cum 60
 illo in pectore unico ictu percussit et vulneravit. Ex quo vulnere post
 aliquos dies dictus Andreas diem suum clausit extremum. Cum autem
 prefatus exponens de morte prefati Andree valde doluerit et doleat de
 presenti cupiatque in omnibus suis ordinibus altissimo Domino famul-
 ari, a nonnullis *tamen simplicibus et iurisignaris ac ipsius exponentis forsan* 65
emulis asseritur ipsum propter premissa homicidii reatum incurrisse et
irregularitatis maculam sive inhabilitatis notam contraxisse et propterea in
suis ordinibus ministrare non posse. Ad ora talium et aliorum sibi super
hoc in futurum forsan obloqui volentium emulorum obstruenda supplicat
dictus exponens, quatenus ipsum premissorum occasione nullum 70
 homicidii reatum incurrisse nullamque irregularitatis maculam sive
 inhabilitatis notam contraxisse sed premissis non obstantibus in
 omnibus suis ordinibus libere et licite alio sibi non obstante canonico
 ministrare posse declarari mandare misericorditer dignemini ut in
 forma. Fiat ut infra. Petrus Tirasonensis regens. Comittatur ordinario et, 75
 si vocatis vocandis sibi constiterit, quod exponens vim vi repellendo et
 se deffendendo aliter fugere seu mortem evadere non valens vul-
 neraverit, ut perfertur, et de aliis expositis, declaret, ut petitur.

234,56 percuttere] *i. e.* percutere | 57 percutteret] *i. e.* percuteret | 59 deffendendo] *i. e.*
 defendendo | 60 eundemque *post corr. cod.* | 63 exponens *post corr. cod.* | 65 tamen...68
 posse *addidi secundum n.* 251; 252, etc *cod.* | 68 talium...70 exponens] *addidi secundum n.*
 251, etc *cod.* | 75 Comittatur] *i. e.* committatur | 77 deffendendo] *i. e.* defendendo